

ret per hanc esse generationem et corruptionem in illis. Quare statum generationis et corruptionis per hanc esse eis visum est nec unquam habiturum esse finem. In rebus enim perseverantibus in eis necesse est defectus et defectibilitatem apparere et etiam in causis earum. Nos autem ayunt videmus concupiscentias viros etiam mulieres et e converso non minores esse in filiis et filiabus quam in parentibus fuerint sollicitudines generandi et nutriendi nubendi et nuptu tradendi. Eodem modo se habet de agriculture et vegetatiōibus et navigationibus et alijs hominū vite actionibus. quare ingūt sic est modo et ita se erit postquam enim neque apud causas neque apud defectus invenit defectus neque debilitas neque lassitudo necesse est perseverare et e contra perseverare in quibus perseverantia huiusmodi est universalitas et successiōis. Hec autem ratiocinatio debilis est et est sermo iste hominū qui naturam solam posuisse videntur et gubernationem dei altissimi cui totaliter seruit natura penitus ignorasse. Sicut enim equus validissimus quamdiu ei vires suppetunt sessorum potest motu uno et equali. Veruntamen in voluntate sessoris est motus eius vel omnino sistere vel accelerare vel aliter moderari sed apud equum nec lassitudo nec debilitas aliqua fit nec nova virtus ei accrescit. Sed creatoris virtus dominantissima cursum hominū naturaliter fit sistere omnino cum noluerit et accelerare et retardare absque lassitudine et debilitate earum potest per beneplacito suo lassatis etiam et ex debilitatis naturis vires et novas dare et veteres confortare et sicut molendinarius fluxus aque vel sistit vel auertit vel liberum dimittit prout vult. Sicut sistit eundem et retinet etiam ipsum cum vult facit inundare copiosius. Non est igitur in potestate nature ut fluat vel ut magis vel minus fluat vel etiam ut stet fluxus eius sed in sola potestate creatoris regentem enim sapientia sua cuius non est enarratio et potentia sua imperiosissima moderantis eadem hec est veritas quam aperte viderunt et scripserunt prophetę illuminati splendore qui vocatur prophetia. Hanc etiam cognoverunt et scripserunt sapientes christianorum eiusque crudelitatem gentis sue concitati doctrinis suis et exhortationibus non tantumquam veram tantum sed tantumquam salutarem et creatori placitam firmare sollicitudine

erunt. Atribuunt ergo philosophis causas naturalibus in aliquibus ultra quam omnis competeret. Sicut per me alibi didicisti. Fortassis autem aliquid veritatis subest sermonei avicenne licet habeat contradictionem multam et fortem. Sermo autem ipsius est quem dixit de duabus naturis videlicet uniuersali et particulari. Intellego inquit per naturam particularem virtutem propriam regiminis unius individui videlicet regimini unius individui et intelligo per naturam uniuersalem virtutem insulam in substantias celorum quasi unam rem et gubernantem uniuersitatem generationum et adiecit quia motus qui intendit in infinitum est unus per continuationem et intellexit per infinitum durabilitatem in terminatam ipsius motus celestis quam generationum immundo sublimari et in hoc errauit. quia si verum est quod intellexit de natura uniuersali ex necessitate esset intentio ipsius hoc est nature uniuersalis contra ordinem et beneplacitum creatoris quem dico posuisse terminum generationum sicut scies in sequentibus. Manifestum etiam est tibi quoniam intentio nature uniuersalis que ponit in infinitum durabilitatis tam motus celestis quam generationum non potest esse nisi altero duorum modorum hoc est vel particularis vel uniuersalis et intelligo intentionem particularem in infinite durabilitatis unius individui et unius motus vel unius generationis. Hec autem intentio non solum frustra est sed etiam impossibilis cum impossibile sit ad huiusmodi individuum secundum intentionem ipsius durare in infinitum. Non enim de celestibus individuis sed de solis sublimaribus loquitur. Si vero uniuersalis est ista intentio non solum impossibilis videtur sed etiam ridiculosa et hoc est quoniam non intendit generationis durabilitatem infinitam. Virtus illa quam dicitur naturam uniuersalem necesse est ut intendat simul durabilitatem corruptionis infinitam. Quapropter erit intentio hec non solum ut generentur individua infinita sublimaria et infinitum sed etiam ut corumpantur. Similiter quare erit intentio hec naturalis ad contraria et intendet hec natura non solum generare sed etiam corrumpere et destruere quam generauit. hoc autem non videtur esse possibile ut natura una et eadem contraria intendat. Ridiculosa etiam est quoniam intentio edificandi